

Nec obstat dabitandi ratio supra adducta, ubi dicebamus populum, & Clerum electioni Pontificis interesse non posse...

quam consuetudinem late illustrat Hallier. de sacris electi. tit. de tempore consecrationis Episcopii, §. 6. Nec secundum augmentum obstat, ex quo dicebamus exceptionem heresis opponi...

C A P U T VII.

Idem in a eodem.

Um in cunctis sacris b Ordinibus, & Ecclesiasticis c ministris sint atatis majoritas, d gravitas morum, & litterarum scientia inquirenda...

N O T E.

Edem.) Concilio videlicet Lateranensi, capite 2. ubi reperitur verba hujus textus, & etiam in prima collectione, sub hoc tit. cap. 16. ex quibus transcripsit Raymondus...

Ordinibus.) Et in ceteris aliis atas circa praenata est a sacris canonicis, tam antiquis, quam recentioribus...

Ministerii.) Videlicet dignitatibus, & officiis Ecclesiasticis; saepe saepe enim, tam in iure nostro, quam Caesareo ministeria accipiuntur pro officiis, aut dignitatibus...

Gravitas morum.) Quae in Episcopo, & quolibet Praefato Ecclesiae praeficiendo maxime desideratur. D. Isidorus lib. 3. de summo bono, cap. 34. Non sunt promovendi ad regimen Ecclesiae, qui adhuc vitis subiacent...

Facient.) Faciunt D. Gregorius in Pastoralis lib. 1. cap. 10. & 11. ubi: Episcopus debet ad exemplum vivendi praestari. Concilium Aquiligran. can. 13. Turonense sub Carolo Magno...

Quibusdam.) Cum enim in electionibus Episcoporum Regis expectabatur assensus, inter alia incommoda, quae sequebantur, praecipuum erat, quia pueri, & ignari Ecclesiis praeficiantur...

fem Episcopum, praefectum Ecclesiae Rhemenis fuisse vice Hugonis Comitum tunc parvuli: quod etiam refert Baronius tom. 10. anno 925. n. 8. ubi: Illud plane tunc primo contigit in Ecclesia Dei videri monachum, nunquam habitum in Orbe Christiano...

COMMENTARIUM.

EX hoc textu sequens deducitur assertio: Episcopus debet eligi, qui 30. annos habeat, ex legitimo matrimonio sit natus, & litteris polleat. Probat textus in c. 2. dist. 26. cap. si quis...

sunt Narbona de atate, anno 39. q. 5. Filefacius in c. 1. §. 3. de officio Ordin. Aegidius Bossius to. 1. moral. tit. 2. §. 4. Savarus ad Siden. lib. 5. epist. 5. Pirrus to. 1. Sicilia Luca, fol. 415. Gregorius lib. 2. mystag. c. 7. Yeppe to. 5. velron. D. Bened. anno 935. c. 1. Turretius in paral. c. 15. Ant. Augusti. lib. 4. in epistoma, tit. 9. & 10. Salmeron in Principi abscondito, medi. 18. §. 3. Garcia 2. 2. polit. fol. 89. & 93. Aetas autem triginta annorum dicitur perfecta...

Sed adversus hanc conclusionem sequentes insurgunt difficultates: & prima adversus eam partem, in qua asseritur, minorem triginta annorum non posse in Episcopum eligi, in quam sic argumentor: Morum honestas, & mentis solertia non fit adscripte sunt aetati triginta annorum, ut antea obtineri non valent; nam sicut malitia, sic prudentia supplet aetatem...

Sed his non obstantibus, vera est nostra assertio, quae rationibus sic probatur. Prima pars, ubi docetur in Episcopo eligendo desiderari aetatem triginta annorum, ratio est eo proventi, quia haec atas naturaliter perfecta est; unde apud Romanos ea atas praenata fuit in sermo manumittendo, ut iura civitatis Romanae consequeretur, ut agnosceret manumit...

Consulatum haberet: rationem reddere Cicero Philippica 5. in fin. sic: Legibus Annalibus maiores nostri cum grandiore aetate ad Consulatum constituebant, adolescentia temeritatem creabant, & ne Adilitatem ante viginti annorum aetatem gerere possent, nec minor vigintiannorum aetate in Senatore eligeretur...

Secunda etiam partis conclusio ratio est eo proventi, nam Episcopi officium, & munus est docere, & praedicare, c. inser. de officio ordin. Synodus 6. Trullana can. 19. & 20. ubi Ballamon, D. Ambrosius lib. 1. de officiis, c. 1. ubi: Cuius iam officium non possunt descendere, quod nobis fructuosius impenditur...

Nec obstant difficultates supra expensae: non prima, nam licet ante triginta annorum in uno, vel alio sacerdotio possint reperiri morum honestas, mentisque solertia, non tamen licet frequentius ita contingat, quare Ecclesia non ad ea, quo rarior, sed quae frequentius accidunt, respiciens, statuit aetatem triginta annorum in Episcopo eligendo...

10 Transitur dubitandi ratio.

10 Transitur dubitandi ratio.

10 Transitur dubitandi ratio.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

11 Etis triginta annorum naturalis.

12 Secunda partis conclusio casu.

13 Dissolvitur difficultas.

dictus, ut quod eius satisfactione secuta sit... ad sententiam illam Pauli & litteris... videlicet Apollolum agere de littera legis...

Manet ergo, predicta testimonia nullo modo adstruere in... in quibus eam maxime damnamam esse probant...

Sed superior assertio primo obstat textus in cap. quorundam... cum de Lanfrido in eo textu... non recte deducitur...

S I.

Um vero electus fuerit, & consummationem electionis acceperit, & Ecclesiasticorum bonorum administratio...

NOTAE.

Conferendus.) Omnia enim ista quatuor desiderantur, videlicet electio, confirmatio, possessionis adeptio, & consecratio...

COMMENTARIUM.

EX hoc §. talis deponitur assertio: Beneficia in Episcopum electi vacant per confirmationem, ademptionem possessionis, & consecrationem...

Hec assertio difficilis admodum redditur sequenti consideratione, nam si quis habeat beneficium, & aliud conlequatur, eo ipso privatur primo, & illud amittit...

14 Opponitur eorumdem 14 diti

4 Conclusio probatur.

5 Impugnatur hęc assertio.

habet, siquidem iuventutis aetas incipit ab anno 15, & finitur in quinquagesimum, ut probat Narbona anno 25, quib. 1, & anno 50, quib. 1. Deinde, nam juvenis ibi in eo textu dicitur Lanfridus...

Secundo obstat nostræ assertioni textus in novel. 125, de SS. Episc. c. 1, §. 1. collat. 9, ibi: Hoc quoque decretis oportet inferri, quia non minus quam trigintaquinque annis annos habeat...

S I.

Um vero electus fuerit, & consummationem electionis acceperit, & Ecclesiasticorum bonorum administratio...

etiam non facta consecratione, vacant ipso jure beneficia jam obtempa. Augerit hac difficultas primo ex eo, nam contrarium eadem est ratio & disciplina...

Hac tamen dubitandi ratione non obstantem præsentis assertio defendenda est, cujus ratio provenit ex prohibitione pluralitatis beneficiorum, tot Ecclesie canonibus repetita...

Nec obstat difficultas supra adducta, nam cum ante consecrationem Episcopum non sit plene Pastor ipse Ecclesie, cum adhuc contra electionem agi possit, & super his, de accus. ideo non statim vacant beneficia ante obtempa...

25 Exponitur eorumdem 25 novella 123 Julia

6 Traditur decedenti ratio

7 Dissolvitur difficultas.

eam, in quo auctoritate Romani Pontificis. Primo casu utraque Ecclesia privatur in pignam tanta temeritate. Secundo vero casu ipse jure vacat primus Episcopatus, & si quis translatus...

Secundo refragatur textus in c. 9, de iudicis, in illis verbis: Episcopos idem Abbatem monasterii se proponens. Ex quibus apparet, Episcopum Dunelmensem etiam post electionem, & consecrationem retinuisse Abbatie dignitatem...

Inferiora etiam a ministeria, ut puta b Decanatum, Archidiaconatum, & alia, que curam animarum habent adnexam, nullis omnino suscipiuntur, sed nec parochialis Ecclesie regimen, nisi qui jam vigesimumquintum annum...

NOTAE.

Ministeria.) Quæ sint ministeria Ecclesiastica, jam supra notavi in principio hujus textus. Decanatus.) Licet Decanus ille proprie dicatur: qui decem viris præsit, five militibus, five monachis...

Constitutio.) Quodnam tamen istud tempus sit, non facile cognoscitur: aliqui existimant esse tempus interfectionis in canonicis præfixum in rota fere 77, distinctione, itaut servati illis temporibus, qui beneficium parochiale, aut aliud curam animarum habens obtinuit...

Hoc tamen discrimen versatur inter Episcopum electum habentem beneficium faculare, & inter electum obtinentem dignitatem Abbatis, Præpositi, Provincialis, seu Generalis, nam beneficium faculare vacat tantum per consecrationem...

Ex præsentis canone, & pro ejus expositione traditis lucem accipit textus in c. si quis Episcopus, 6, 92, dist. ubi ex Conc. An. cyrano refertur, quod si Episcopi ordinati non recipientur in propria Ecclesia, non debent alios inquietare...

S. I I.

In Diaconum similiter, cap. 1, de anat. & qualis. Quodnam tamen istud tempus sit, non facile cognoscitur: aliqui existimant esse tempus interfectionis in canonicis præfixum...

Non saltem.) Licet lex futura, non præterita respiciat, & de consuet. ubi late dixi; tamen si expresse caveatur in ipsa lege contrarium, hæc præterita extenditur, & in ea quæ verbis relatis hæc constitutio ad præterita extendebatur, idest ad eos, qui jam tempore Conc. Lateran. beneficia obtinebant...

Non saltem.) Licet lex futura, non præterita respiciat, & de consuet. ubi late dixi; tamen si expresse caveatur in ipsa lege contrarium, hæc præterita extenditur, & in ea quæ verbis relatis hæc constitutio ad præterita extendebatur...

10 Intelligitur casus huius Episcopi copus 92. diti.

6

decreti, quo in Concilio eodem Clericis minoris aetatis con-

COMMENTARIUM.

EX hoc § sequens deducitur assertio: In dignitatibus, &

Sed in primis Patres Concilii in nostro textu sibi ipsis ad-

Huius argumentis non obstantibus, vera est nostra assertio,

etatem: sed rectius docuerunt Joannes Andr as, & Gemina-

Deinde sciendum est, ab eo tempore, quo vagi clerici, &

Ex quibus apparet jam ratio decisiva presentis canonis;

Nec obstant difficultates supra adductae. Non prima; nam

8 Conclusio probatur.

9 Impugnatur hoc assertio.

10 Alias ad beneficia Ecclesiastica.

11 Temporalis ordinis praesentium.

12 Traditur decedendi ratio.

13 Distinguitur de beneficiis.

14 Exponitur c. nemo, hoc tit. in 6.

15 Exponitur c. quatuor, de stat. & qual.

16 Exponitur c. in decorem, hoc tit. in 6.

eam etatem neminem admittent ad regimen Reipublicae, d.

Sed superiori assertioni adversatur textus in c. nemo deinceps,

Secundo de canonibus nostris, in illis verbis, Si canones non ob-

§. III.

Clerici sane, si contra a formam istam quemquam elegerint, &

NOTAE.

A Formam.) Praescriptam in hoc cap. cum in canonicis,

COMMENTARIUM.

EX hoc § talis deducitur conclusio: Eligentes indignum con-

non recte in nostro textu ea exceptio adiecitur, nisi canones

Tertio superiori assertioni adversatur text. in c. in decorem

§. III.

Clerici sane, si contra a formam istam quemquam elegerint, &

NOTAE.

res, c. quisquis 43. Si fin. c. dudum, c. congregato 53. c. Guma-

COMMENTARIUM.

Sed adversus hanc conclusionem illae se offerunt dubitandi

16 Exponitur c. in decorem, hoc tit. in 6.

Impugnatur assertio.

dem rationem affert, propter quam clerico post depositionem non iungatur excommunicatio, nec bis idem crimen puniatur. Notant Turrian. & Coriolan. in dist. can. 25. Apollot. Gih. de censur. dist. 7. q. 12. consil. 5. ergo eligentes contra formam hujus textus, si suspendantur beneficiis, non debent privati iure eligendi. Augetur hęc difficultas, nam si eligens indignum suspenditur, eo ipso potestatem eligendi est privatus ergo superfluo dicitur eam suspendi, & potestatem eligendi privati. Secundo adversus secundam partem conclusionis, ubi asseritur jus eligendi devolvi ad Capitulum, & contra, non consentiente Capitulo, devolvi ad Metropolitanum, obstat: nam aut omnes de Capitulo electioni contra formam hujus textus factę, aut major pars consentierit, si omnes, jus electionis devolvitur ad R. Pontificem, & quia dicitur in 5. si tamen, de concess. prob. si major pars deliquit, ad minorem partem electio devolvitur, & congregatio 53. hoc tit. de bona el. 2. de pofulato. Prelat. c. cum in causis, de his, que sunt a major. Julius Lavorus d. c. 21. n. 57. cum minor pars iurecho eligendi sine iudicio proprio privati non debeat, c. de consuet. ergo nunquam ad Episcopum devolvitur jus eligendi. Augetur hęc difficultas, nam Episcopus delinquo Capitulo non succedit in collatione beneficiorum, nec ad illud devolvitur jus eligendi, c. 2. no testis vacante, igitur debet electio ad Capitulum electionis non servari, devolvi debet electio ad Capitulum.

Hęc difficultates non obstantibus vera est supra relata assertio, quę non solum auctoritatis supra expensis, verum & ratione probatur: nam in eo debet quis pariri, in quo peccavit, c. litterar. de tempor. ordina. c. vulnus est compus, c. ad. r. p. in 2. unde qui delinquit in collatione alicujus gradus sacramenti ordinis, privatur potestate conferendi cum tantum Eradium, c. nullus 4. de temp. ordina. l. 6. ibi: Qui vero contra fecerit, ut in eo, in quo peccaverat, puniatur, per annum omnino collatione clericis rursus damnatur necesse est suspensum. Ideo in nostro textu contra eligentes indignum imponitur pena, ut pro ea vice fit eligendi facultate privati: quia simul ita eligentes peccantur circa beneficia, beneficiis etiam suspendantur, sicut Episcopus, qui scilicet conculcat beneficium clerico excommunicato per aliquod tempus, suspenditur a collatione beneficiorum, c. pofulatus 7. de electio excommunicato: & qui prohibent, ne peregrinus testatur, prohibetur etiam, ne de suis bonis testari possit, authenticas omnes pignoris, c. communia de iudicialib. & qui ex voluntate testatoris habebat facultatem prestandi legatum ut ex libertis digniori, si eligat indignum, privatur facultate eligendi, & omnes admittuntur ad legatum, l. cum quidam 24. §. ne si ita, ff. de legat. 2. ubi novavit Padilla, Gomez in l. 17. Tauris, in 18. §. in l. 40. n. 48. Gamma dist. 2. n. 3. c. de off. 149. n. 2. dist. 337. Facit etiam lex 2. archiep. quem ita, ff. de vocat. munus. Recte ergo Patres Concilii Later. decreverunt, eligentem aliquem contra formam hujus textus, privati eligendi facultate, & simul suspendi a beneficiorum collatione: & quia Episcopus supplet negligentiam Capituli, & e contra, & omnibus negligentibus, Metropolitanus, c. 2. concess. proband. ideo in nostro textu supplet negligentiam Capituli per Episcopum, & e contra; & eorum per Metropolitanum, ut late dicemus in tit. de suspensis regis. Aliis etiam penis puniuntur eligentes indignum, de quibus agemus in c. grave de prebenda.

Nec obstant difficultates supra adductę. Non prima, nam propter regulariter in delictis levioribus, aliquando tamen fit atrocitas sine, propter eorum gravitatem variis penis puniuntur ea perpetrantes, ut depositione, simulque excommunicatione, can. 28. 29. 30. c. 64. Apollot. propter gravitatem enim sceleris plures penas infliguntur passim in iure nostro, ut docet Ballamon in can. 37. D. Basilii ad Amphibochium. Nec

Traditur decidendi ratio.

Dissolventur difficultates.

CAPUT VIII.

Idem a Ravennati Archiepiscopo.

Causam, quę inter Moniales S. Margarite super discordia, & diffensione electionis quam fecerunt, dignoscitur agitari, experientia tua jam pridem commissis terminandam. Unde quoniam causa ipsa in tantum promittitur, & nondum, sicut accepimus, processisti, & b periculolum, & damnosum est monasterio, eo quod causa ipsa in tantum protrahitur: Fraternitati tuę per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra dies 40. vel duos e menses, aut plus, secundum tenorem altorum nostrarum litterarum, in eadem causa procedas, ita videlicet, quod si fofores in Episcopum electionem contulerint, promittentes, quod illam quam eis providerent, recipere, ipsam quam providerit, facias ab eis (si tamen existeret idonea) in suam recipi Abbasiam.

NOTÆ.

- 1 **R**avennati. De hac Ecclesia egi in c. 2. de pofulato. Prel. c. in c. 5. de refer. Textus iste reperitur in Concil. Lateran. sub Alexand. III. celebrato, p. 40. c. 5. c. in l. collecti, sub hoc tit. c. 17.
- 2 **b** Periculolum. Ita agnoverant sacri canones, dum ab omni arvo valde curaverunt, ne Ecclesia, monasteriumve diutius vacaret, c. 2. de concess. prob. c. ne pro defectu, hoc tit.
- 3 **c** Dnos menses.) Semper in rescriptis iustitię, quibus iurisdicatio delegatur, prescribitur tempus, intra quod causa ipsa decidatur, c. de causis 4. de offic. delegati.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur conclusio: Compromittentes super electione, tenentur recipere electum a compromissariis, si est idoneus. Probant textus in c. cum inter 21. c. cum dilectus, c. scriptum, c. Voiontensis, c. in causis, c. quia propter, hoc tit.

Conclusio traditur & probatur.

augumentum difficultatis obstat; nam certum est, suspensionem a beneficio, non ideo privati facultate eligendi, alias superfluo in nostro textu, ut diversa pœna apponeretur privato facultatis eligendi, & suspensio a beneficio, in illis verbis: Eligendi potestatem privatus, c. ab Electis beneficiis tenemus, &c. docent Glossa in c. capitulos, §. scilicet, §. scilicet, hoc tit. in 6. Panormitanus hic, n. 10. actus enim eligendi non spectat ad beneficium, sed ad officium, unde non quia in textu nostro eligens indignum suspenditur beneficio, ideo privatur facultate eligendi, & sic, ut diversa pœna proponitur: docet post alios Gibalinus de censuris fol. 344. Nec hinc solutio advertitur text. in c. cum dilectus, de consuet. ubi casatur electio facta a suspensio, igitur quia per suspensionem amittitur facultas eligendi, textus enim ille accipiendus est de suspensio ab officio, non vero a beneficio, qui cum officii exercitium non haberet, ideo nec suffragium prestat potest. Nec obstat secunda difficultas, supponimus enim in nostro textu totum Capitulum deliquisse eligendo indignum, unde jus eligendi devolvitur ad Episcopum, sicut in casu, quo est negligens, & ob suam negligentiam Episcopus eligi: si autem major pars Capituli delinqueret, ad minorem jus eligendi devolveretur, ex iuribus supra citatis. Devolvitur autem electio ad Episcopum, quando ad ipsum simul cum Capitulo non spectat electio, secus autem si in prima electione cum Capitulo simul eligeret, tunc enim ad Metropolitanum revertitur, ut late proceditur in praesenti. Hosteniensis, de his, & omnes antiquiores, noscitur dicemus in c. litterar. de suspens. regis. Prob. Nec augmentum hujus difficultatis obstat, quia licet delinquo Episcopo ius eligendi, & collatio beneficiorum non devolvatur ad Capitulum, tamen in nostro textu in penam improbat electio Episcopi ita privati pro ea vice potestatem eligendi, ut ad Capitulum ius devolvatur, ut docent Hostiensis, & Bohic, in praesenti, qui late hanc devotionis partem proceduntur.

Predictę assertioni obstat text. in c. fin. de filiis preb. ubi agitur de eligentibus ad Archidiaconatum, & alia beneficia Ecclesiastica iudicis, videlicet illegitime natos, & jubet Romanus Pontifex iurisdiccio electionis irritari, ita tamen, ut illi, quibus de iure competit electio, denno alias personas idoneas eligant ad predicta beneficia, igitur eligentes indignum nec pro ea vice sunt privati facultate eligendi. Hinc difficultati aliqui fatiscere intendunt, asserendo conclusionem supra traditam tantum procedere in eligentibus indignum contra formam in hoc textu prescriptam, unde asserunt, quod si causa indignitatis est alio capite proveniat, etiam eligens indignum non privatur, nec pro ea vice eligendi facultate. Ita Tambur. & alii relati a Barb. in praesenti. Sed licet hęc doctrina, attenda notissimi textus decisionem sustineri possit; tamen cum ex d. Voiontensis, c. per iniquitatem, cum aliis supra traditis, satis constat, generaliter eligentes indignum, ex quacunque causa indignitas proveniat, privati eligendi facultate, ideo hoc solutio sustineri non valet. Ea igitur omnia, dicendum est, nostri textus decisionem procedere in eligentibus indignum scilicet, non vero in eligentibus indignum per ignorantiam; tunc enim si apparet indignum esse, casata ea electione, iterum proceditur ad secundam: quomodo intelligendi sunt textus in c. veniens 3. eod. tit. de filiis prebitor. & textus in cap. cum res 4. de offic. ordina. ubi docetur, quod si eligatur indignus, si ius electio castrum, debet consisti ab Episcopo economus, donec alius eligatur ab ipso patrone: ubi supponendum est, in prima electione electum fuisse indignum per ignorantiam. Etiam interpretari possunt in praesenti textus in cap. grave, de prob. cap. si compromissarius, hoc tit. in 6.

Exponitur c. fin. de filiis preb. Prob.

tenentur compromittentes recipere. Augetur hęc difficultas, nam ideo forma compromissarii creatur electus ab his, qui compromissum fecerunt, cum ab illis eligendi facultatem accepissent, & quod quis per alium facit, censetur facere per se ipsam, c. ut sane, de sent. excomm. nec possit quis venire contra factum proprium, leg. post mortem, ff. de adu. ideo electus a compromissariis necessario a compromittentibus esse admittendus: & quia quando fit compromissum super electione, etiam si non apponatur specialiter, quod persona eligenda fit idonea, semper intelligitur illud cautum, c. in causa, hoc tit. c. cum adeo, de rescriptis; ideo si compromissarii eligant personam minus idoneam, compromittentes non tenentur illam recipere, non enim creditur in ipso compromissio compromittentes sensisse, ut eligerent Prælatum minus idoneum, c. si compromissarius, hoc tit. l. 6. unde ex defectu facultatis electio personę non idoneę vitatur, quia cum aliquod committitur arbitrio alicujus, non valet arbitrium, si iuste, & legitime non sit prolatum, c. veniens 16. c. Quintavallis 23. de iur. jur. l. quinquagesima, ff. de ritu nuptial. Unde hoc casu non devolvitur ius eligendi ad superiores, sed ad ipsos compromittentes revertitur, nisi elapsim fit tempus electioibus ad eligendum a iure statutum, c. si compromissarius 37. hoc tit. in 6. Julius Lavorus de elect. cap. 9. n. 37. vel ipsi compromittentes indignum electum approbaverint, quia tunc ex decisione textus antecedentis, ad superiores devolvitur electio, d. c. si compromissarius. Recte ergo Alexander III. in praesenti decrevit electionem Abbasie factam ab Episcopo virtute compromissii, non teneri recipere ipsas moniales, cum minus idonea esset regimini monasterii.

De electione Abbatissę.

Qua difficultate non obstanti vera est predicta assertio ad cuius expositionem pramittendum est, in Monialium monasteriis electionem Abbasie spectare ad ipsas moniales, licet non omnes suffragium habeant in ipsa electione, c. indemonstrabilibus, hoc tit. lib. 6. & specialiter circa moniales Sanct. Clarae probatur ex c. 4. sua regula: docent Julius Lavorus de electione, c. 24. n. 1. Tambur. de iure Abbasie, dist. 28. quæst. 1. & in ea electione observari debet forma prescripta in c. quia propter, hoc tit. ut caveatur in dicit. cap. indemonstrabilibus, §. sane, scilicet, ut fiat per suffragia secreta. Lambert. de iur. lib. 1. par. 1. qu. 9. art. 5. n. 3. & collatio votorum debet fieri numeri ad numerum, ita ut Abbasia a majori parte eligatur, d. c. indemonstrabilibus. Trident. sess. 25. de regul. cap. 7. non tamen desiderantur duę partes suffragiorum in ipsa electione, sed sufficit, quod deur major pars, c. aduam, hoc tit. cap. cum in causis, de his, que sunt a maiore parte. Nec contrarium suadet textus in d. c. indemonstrabilibus, §. sane, nam textus ille procedit, quando adest discordia, & duę partes in una consenserunt; tunc enim minor pars non potest aliquid opponere, etiam si de majori zelo, & auctoritate minoris partis opponeret, nisi per superiores invenitur iustitiam electio non canonica; hoc est facta de persona inhabili, vel illegibili. Docent Tambur. d. dist. 28. q. 2. Julius Lavorus d. c. 24. de elect. per totum, qui late agunt de qualitatibus Abbasiarum, & an possit eligi illegitima, bigama, aut ex Mauris descendentes.

De electione per compromissum.

Deinde sciendum est, inter electionum varias formas prescriptas in c. quia propter, 42. hoc tit. secundam recenseri, quę fit per compromissum, quę contingit, quando aliqui idonei eliguntur; in quo omnium vice eligendi certo modo potestas, & facultas transfunditur, cum aliquibus clausulis in compromissio specificandis; de qua electionis forma agitur in c. scriptum, c. cum Voiontensis, c. alius, hoc tit. c. cum expedit, c. si compromissarius, eod. tit. lib. 6. cap. ex part. 10. de arbitris, cap. post translationem, de renuntiati. late differunt Petrus Gregorius de electione, c. 3. n. 3. Julius Lavorus de electione, c. 7. n. 23. c. 19. n. 29. tunc enim electio fieri dicitur per compromissum, quando celebratur per unum, duos, aut tres per electores designatos, quibus commissa est omnium eligendi facultas, ut ipsi eligant, quę dignum, & idoneum esse Ecclesie cognoverint. Et licet hodie post Concilium Trident. d. sessio. 25. c. 6. ubi iubetur, ut in electionibus regularium vota secreto emittantur, hanc electionis formam per compromissum non admittant Novarius ubi supra, verbo Electio, Lezana d. qu. 3. tamen contrarium, ut verius defendunt Tamburinus, & Garzia, ubi proxime. Debet autem compromissum fieri unanimi consensu omnium, qui ius eligendi habent, nec sufficit major pars Capituli, ne alia minor pars privetur iure eligendi præcipue cum in re communi potior sit causa prohibentis, regula in re communi, de regul. iur. l. 6. Debet etiam fieri compromissum in clericum, non in laicum. Nec obstat si dicitur, laicum posse esse procuratorem in causis spiritualibus, c. 1. de procur. lib. 6. nam non inde inferitur, posse in eisdem causis esse arbitrum; imo contrarium probatur in c. contingit, de arbitris; in extraneum tamen, id est in eum, qui non est de corpore Capituli, bene posse compromissum fieri, probatur ex praesenti textu, & docuerunt Abbas his moni. 77. litter. c. Compromissum hoc ad electionem dupliciter fieri potest; seu duplici modo. Primo simpliciter, & absolute, ut possint compromissarii eligere, quem maluerint. Secundo, ut eligant eum, in quem major pars eligentium consenserint, c. cum dilectus, hoc tit. quomodo forma electionis licet plures asserunt contrarium esse decisionis textus in d. c. quia propter, hoc tit. tamen eam vice ipsi consensum esse probat, & defendit Garcia dist. 2. 2. polit. regul. Si sint tres compromissarii, duo possunt eligere tertium, Julius Lavorus ubi supra, n. 28. si autem sit unus; non potest seipsum eligere, ut docet Barbosa in addit. 6. tom. 2. ad taxam in c. cum res iure, hoc tit. Lavorus de electio. 6. n. 17. licet in Cardinale seipsum eligente in Pontificem, contrarium tenent, & electionem admittit Barbosa h. i. iura Eccles. c. 11. n. 97. & Joannem XXII. ita electum fuisse, referent D. Ant. 3. p. tit. 2. 24. Spontanus post Baron, anno 1316. Et in Rege Romanorum qui eligente in Imperatorem, quem docet Garcia ubi supra, n. 9. Facit celebre exemplum, in addit. post Eneam Silvium referit Roussel. l. 2. hiflor. Pontif. jurisd. c. 2. n. 11.

Ex quibus provenit hujus decisionis vera ratio; nam cum electus a compromissariis creatur electus ab his, qui compromissum fecerunt, cum ab illis eligendi facultatem accepissent, & quod quis per alium facit, censetur facere per se ipsam, c. ut sane, de sent. excomm. nec possit quis venire contra factum proprium, leg. post mortem, ff. de adu. ideo electus a compromissariis necessario a compromittentibus esse admittendus: & quia quando fit compromissum super electione, etiam si non apponatur specialiter, quod persona eligenda fit idonea, semper intelligitur illud cautum, c. in causa, hoc tit. c. cum adeo, de rescriptis; ideo si compromissarii eligant personam minus idoneam, compromittentes non tenentur illam recipere, non enim creditur in ipso compromissio compromittentes sensisse, ut eligerent Prælatum minus idoneum, c. si compromissarius, hoc tit. l. 6. unde ex defectu facultatis electio personę non idoneę vitatur, quia cum aliquod committitur arbitrio alicujus, non valet arbitrium, si iuste, & legitime non sit prolatum, c. veniens 16. c. Quintavallis 23. de iur. jur. l. quinquagesima, ff. de ritu nuptial. Unde hoc casu non devolvitur ius eligendi ad superiores, sed ad ipsos compromittentes revertitur, nisi elapsim fit tempus electioibus ad eligendum a iure statutum, c. si compromissarius 37. hoc tit. in 6. Julius Lavorus de elect. cap. 9. n. 37. vel ipsi compromittentes indignum electum approbaverint, quia tunc ex decisione textus antecedentis, ad superiores devolvitur electio, d. c. si compromissarius. Recte ergo Alexander III. in praesenti decrevit electionem Abbasie factam ab Episcopo virtute compromissii, non teneri recipere ipsas moniales, cum minus idonea esset regimini monasterii.

Traditur decidendi ratio.

Dissolventur difficultates.

Nec obstat ratio dubitandi supra adducta, nam discretum constituendum est inter arbitrium electum, ut compromissarium, & inter electum, ut virum bonum. Arbitrio compromissarii standum est, sive æquum, sive iniquum sit, ex d. §. si fieri, cum aliis, nisi contra ius scriptum, & formam compromissii sit prolatum; tunc enim non tenentur compromittentes citare, c. ei, qui 2. qu. 6. in arbitrio vero tamquam bono vir electo non tenet ejus laudum, sive sententia, nisi aqua fit, d. c. veniens, de c. Quintavallis. Unde cum in nostro textu Episcopus non servaret formam, eligendo non idoneam personam, contra clausulam, quę tacite in ipso compromissio inerat; & simul eligeret non tamquam iudex, sed tamquam vir bonus, ad legendas discordias, quę ob dissentium monialium oriebantur, inde electio ab eo facta non valet, si persona minus idonea sit. Nec argumentum obstat, verum enim est, inventam esse hanc eligendi formam, ut facile eligentes ad concordiam reducerentur; sed non exinde quia probandum maneat, an electa persona sit idonea, remanet electio sub dubio, & lite; siquidem quilibet persona electa idonea presumitur, nisi contrarium probetur, l. servus 20. l. testamentum 51. ff. de manum testam. c. unic. de scrutinio: unde compromittentes tenentur stare compromissio, & electam a compromissariis recipere, donec probetur idoneam personam non esse.

Exponitur c. in causa, hoc tit.

Primo huic assertioni adversatur textus in c. in causis, hoc tit. ubi cum compromissum super electione Episcopi factum esset in quinque, tres ex illis elegerunt Episcopum alterius civitatis in Episcopum Tolosanum; alii duo diversum elegerunt; quæstio fuit, utrum electus a tribus compromissariis admittendus esset? Et respondet Romanus Pontifex, admittendum esse electum a compromissariis, si idoneus, & necessarius valde sit Ecclesie Tolosane; ergo non solum desideratur, ut electus a compromissariis sit idoneus, verum etiam, ut sit necessarius. Pro cuius textus solutione sciendum est, compromissarios in eo textu designatos non elegisse, sed potius alium Episcopum in Episcopum Tolosanum; quod casu cum translatio faciendā esset de una Ecclesia ad aliam, & non possit fieri sine causa, id est absque necessitate, & utilitate Ecclesie, in quam transferatur, c. inter, c. per tot. tit. de trans. Episc. ideo non solum exigitur in eo textu, ut sit idoneus, sed hoc amplius, ut sit necessarius: si autem compromissarii eligerent, nec postulerent, sufficeret, ut electus esset idoneus.

Intelligitur cap. ex parte, c. aru.

Secundo adversari videtur text. in c. ex p. 10. de arbitris, ubi cum electores in duas partes divisi essent, compromissum fecerunt in Episcopum, eorum iudicem ordinarium: sed cum neglecto compromissio ad secundam electionem procederetur, hæsitatum fuit, utrum secunda electio esset sustinenda. Et respondet Romanus Pontifex, secundam irritandam esse, quia prima nondum casata celebrata fuit; igitur si prima esset casata, etiam neglecto compromissario, possent eligentes alium eligere, & per consequens non tenentur stare compromissio; siquidem post illud possunt secundam electionem celebrare, c. electionem, c. electionem super electione, ut ipse eligeret, sed super lite orta inter ipsos compromittentes circa utilitatem electionis valorem; unde Episcopus tantum virtute compromissii poterat unam, vel aliam electionem irritare, aliamve validam declarare; sed Episcopus nunquam poterat, ut compromissarios seligeret.

CAPUT IX.

Idem Episcopo a Voigorniensis.

Nosti, sicut vir prudens, & sapiens, quomodo dilectus filius noster b G. dicitur Lincolnienfis electus, committendi c honores, vel præbendam, & alias dispendendi de rebus Ecclesie, cum sua nondum sit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Unde est, quod fraternitati tuę, &c. quatenus eidem dicto electo ex nostra parte non deferas ardus inhiere, ne Archidiaconatum alicui conferre præsumat, vel si jam concesserit, ei auctoritate nostra

D. D. Ginzol. in Decretal. Tom. I. Pars I.

K a

pra.

precipias, ut concessionem suam, omni contradictione, & appellatione cessante, fudeat revocare. Quod si distulerit, tu eandem concessionem, appellationis remoto remedio, auctoritate nostra non differas revocare.

NOTA.

a Vigorniensis. Ita etiam legitur apud Ant. August. in prima collectione, sub hoc tit. c. 18. sed in Concilio Lateran. p. 46. c. 1. ita inscriptio hujus decisionis concipitur, Idem Exoniensis Episcopo, & meo videri rebus: nam causa, quae committitur in nostro textu, est Episcopi Lincolnienfis, qui est in Anglia suffraganeus Archiepiscopi Cantuariensis. Et licet Vigorniensis eius etiam sit suffraganeus, propinquior tamen est civitati Lincolnienfi (vulgo Lincoln.) Exoniensis, unde probabilis est, causam Episcopi Lincolnienfis missam fuisse propinquiori Praelato, videlicet Exoniensi Episcopo.

b G. J. Guillelmus videlicet, Cantor ejusdem Ecclesiae. c Honoris. Idem dignitates: saepe saepius enim, qui dignitatem habet, honores habere dicitur, h. honor 14. l. reus 7. §. plebei 4. §. n. ut. & passim, ff. de numeribus, & beneficiis §. Praetorem, Insti. de iure naturali.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur conclusio: Electus Episcopus ante confirmationem beneficia conferre, vel aliter administrare non potest. Probat eam text. in cap. transmissam 15. c. qualiter 17. c. nihil 44. c. cum in civitate, §. cum vero, hoc tit. c. avaritia, hoc tit. in 6. exaratione, inuncta, de elect. inter communes, c. in nomine, circa fin. 23. dist. c. si quis ordinatus 49. 2. d. c. inter, de trans. Episc. c. cum iam dudum de prob. c. cum alicui, de purgat. canonica, c. sicut 33. de simonia, c. super his 16. de accusat. c. quantam, §. porro, ut lra non contigit, c. fin. de clerico excom. Pius IV. in bulla 66. quae extat in Bullario Cherubini, Julius III. in sua constitutione, quam refert Lotharius lib. 3. de re benef. q. 29. Illustrat Layman lib. 4. summa, tr. 3. c. 12. n. 2. Scortia in elect. consil. episcopi. 6. theorema 204. Petrus Gregor. de elect. c. 19. §. 20. Lotherius d. lib. 3. q. 17. ex n. 163. usque ad 324. c. l. 1. q. 27. Julius Latorus de electione, c. 25. num. 2. Moez in d. cap. avaritia, Barb. in collect. ad ipsum textum, §. de potest. Episc. alleg. 36. num. 6. §. 7. c. lib. 1. juris Etell. c. 9. n. 23. Hallier. de sacris elect. 2. p. c. 2. n. 3. §. fol. 927. Calderinus de elect. tit. 1. de reform. Boetius tom. 1. q. 9. tit. de regal. num. 58. Menoch. de arbitrariis, cas. 403 Tulch. lra. C. conel. 824. Solorzanus tom. 2. de iure Dotali, lib. 3. c. 4. n. 38. c. lib. 4. politica, c. 4. Pareus tom. 1. de instr. edit. tit. 2. ref. 3. Joannes Partis de beneficiis sac. 6. cap. 1. Hieronymus Garzia tom. 2. polit. regul. tract. 9. dist. 6. dub. 1.

Sed haec assertio difficulte valde redditur sequenti jurisconsidderatione: Episcopus per electionem acquirit jus dignitatis, & Episcopus in ipsa Ecclesia, ad quam electus est, textus, & ibi Glossa in c. cum inter, 11. hoc tit. cap. cum dilectissimis 8. qu. 1. docet Abbas consil. 47. & per electionem tantum censetur contractum conjugium inter Episcopum, & Ecclesiam e qua, §. in vero, ut lra. non consil. quod novum non est; nam in aliis electionibus, quando quis eligitur ad aliquod officium, vel dignitatem, & ex eorum electione acquirit jus ad officium, etiam obtinet, & ignorans, leg. illud, ff. de negotiis, & contract. igitur Episcopus tantum virtute electionis ante confirmationem potest beneficia conferre, & administrare bona Ecclesiae, ad quam electus est, praecipue cum confirmatio novum jus non tribuat, sed tantum acquiritur conservet, cap. cum manifestum 13. hoc tit. c. 5. de consens. proba. Accedit, cum Episcopus electus ante confirmationem non possit exercere ea, quae sunt jurisdictionis, tamen beneficia conferre valet, quod sic probat. Beneficiorum collatio Episcopo non competit ratione jurisdictionis, siquidem Capitulum Sede vacante succedens in jurisdictione Episcopi, non succedit in beneficiorum collatione, cap. 2. ne ipse canonice, ergo licet Episcopus prohibeatur exercere, quae sunt jurisdictionis, non tamen prohiberi debebat conferre beneficia. Augetur hac dubitandi ratio ex eo, nam electores Imperii, Archiepiscopi videlicet Moguntinus, & Treverensis, & Colonienfis, qui tanquam Praelati suarum Ecclesiarum eligunt Imperatores, electi tantum noudum confirmati suffraganei praesent in electione Imperatoris, & in Collegio Electorali admittuntur, ut fecerunt anno 1555. Daniel electus Moguntinus: anno 1567. Fridericus electus Colonienfis: eodem anno Jacobus electus Treverensis, ut refert Augustus Visiquerus de elect. Regi. Romani §. 8. num. 41. & ipse Imperator tantum electus, ante confirmationem Pontificis iura Imperii administrat, cap. legimus, 93. dist. ergo quia electi ante confirmationem habent jus eligendi, & conferendi dignitates, & inferiora ministeria Ecclesiastica. Secundo praesens decisio imperfecta videtur ex eo, quia Pontifex in ea non irritat collationes beneficiorum factas ab Episcopo electo, nec aliquam penam illi irrogat, cum Episcopus electus, qui ante confirmationem se ingerit administrationi, inhabilis reddi debeat ad ipsam dignitatem, & privati jure quaequo, ut statum legitimus in c. avaritia, hoc tit. in 6. & variis Rotae decisionibus probat Julius Latorus d. c. 25. ergo saltem in hac parte imperfecta est praesens decisio.

Quibus difficultatibus minime obstantibus vera est praesens assertio, ad cuius expositionem supponenda sunt, quae de confirmatione Episcopi electi adduximus in c. 3. hoc tit. quibus praemisisset praesens decisio ratio: nam cum ante confirmationem electus non habeat aliquod exercitium in rebus Episcopatus, non debet se immiscere collationi, aut admini-

6 Traditio decidendi ratio.

Impugnatio traditio assertio.

4 Conclusio traditur.

Adversatur primo huic decisioni textus in c. nihil 44. hoc tit. ubi assertur Episcopos commorantes ultra Italiam, posse ante confirmationem administrare, dum tamen aliquid non alienent de rebus Episcopatus: ergo poterunt ante confirmationem beneficia conferre, & omnia gerere ea, quae alienationem non continent. Cui difficultati Doctores satisfactum asserendo, illam tunc procedere ex dispensatione Pontificis, ut constat ex eo ibi, Dispensatur, unde non proprio jure, sed ex dispensatione. Accedit etiam, quod valde remoti erant a Curia Romana, ut in ipso textu significatur dicitur; ex qua decisione manifeste probatur praxis Episcoporum Indiarum, ubi Episcopi a Catholico nostro Rege praesentati cum literis ad Capitulum missis, ut sinant exercere ea, quae sunt jurisdictionis, rite omnia exercent, propter distantiam Regorum, & difficultatem navigationis, ut late probat etiam illorum Regorum scriptor D. Jo. de Solorzano l. 4. politica, c. 4. quem transcriptit Diana p. 22. tr. 1. resol. 58. qui etiam c. 7. refert propter eandem distantiam rationem, aliquando contigisse, sine editione bullarum confirmationis, habita tantum expeditionis noticia, Episcopum administrasse, & consecratum

fuisse; quod supremum Indiarum Consilium ratum habuit in casu Episcopi de Paraguai. Secundo praedictae assertioni opponitur textus in cap. tus nos 8. de his, quae sunt a Praelatis, in illis verbis: Episcopo vel electo. Ex quibus deducitur, non licere electo Episcopo conferre beneficia, seu unire locis regularibus cum consensu Archidiaconi, sine consensu Capituli, quia illa annexio alienatio est: igitur cum consensu Capituli licetbit Episcopo beneficia conferre ante confirmationem. Huic difficultati respondendum est, in eo textu Episcopum non solum fuisse electum, verum etiam confirmatum, ut supponit ibi Barrius, Zabarella, & Hostiensis: sed quia confirmatus non est perfecte Episcopus, ut dicemus in cap. transmissa 15. hoc tit. in deo appellatur electus, non quia confirmatus non esset, sed quia per consecrationem non reperiebatur perfecte Episcopus; & cum opponeretur Episcopo consecrato, ibi: Episcopo, vel electo, non poterat alio verbo appellari & cum vere esset confirmatus, poterat beneficia conferre. Huic commentario adjuvanda sunt, quae infra adducemus in c. transmissam 15.

Intelligitur cap. tus nos, de his quae.

CAPUT X.

Idem.

Consideravimus, quod electio Joannis Frontini post appellationem ad nos interpositam, & contra tenorem privilegiorum Ecclesiae vestrae fuerit celebrata. Perpendimus etiam, quod electio post illam qualemcumque electionem non casam, necnon & post appellationem (per quam ad suum statum omnia debent reduci) facta fuit, & illata violentia, quamquam Rex penitus inficeret violentiam aliquam in hoc de assensu, vel conscientia sua unquam perpetrata fuisse. Quapropter nos electionem utriusque de communi fratrum nostrorum consilio omnino cassavimus, & vobis in aliam personam idoneam, & honestam conveniendi liberam tribuimus facultatem; ita tamen, quod utriusque praedictorum fama sua non minus propter hoc integre conservetur, & quod in aliis Ecclesiis possint, si Deus dederit, ad dignitatem promoveri. Vobis autem liceat, praeter istam Ecclesiae vestrae ordinationem inalteratum eorum, si voluntas fuerit, iterum convenire, & eum vobis in Abbatem, atque Magistrum canonice providere.

NOTA.

a Idem. Alexander videlicet III. cui tamen missa sit haec decretalis epistola, nec ex hac collectione, nec ex prima, ubi sed hoc tit. cap. 23. refertur, constat; nec etiam in qua provincia praefens casus contigit.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur assertio: Electio secunda facta, prima non cassata, quia appellatum est, vel contra privilegia Ecclesiae celebrata erat, cassanda est, licet in primo electus de quo eligi potest. Probat text. in c. super eo, c. audiri, c. bona, & primo, c. c. innotuit, c. cum terra, hoc tit. c. audi 2. de postulat. Pral. c. ex parte 10. de arbitris, c. ad probandum, de re iudicata, cap. consuetudis, de appell. c. post electionem 7. de consens. prob. Illustrat Petr. Gregor. de elect. c. 13. n. 5. Castellin. eod. tr. c. 4. n. 52. Jul. Latorus in simili tr. c. 19. n. 132. Barbosa r. 1. nota 39. n. 65. Cujac. in cap. cum in Apostolica 8. de sponsal. Samuel de elect. tr. 1. disp. 2. n. 27. Auzuna in c. quanto 10. 63. dist. n. 3. Garzia t. 2. polit. tr. 9. dist. 6. dub. 3.

Sed quia veritas disputando eruitur, l. fin. §. missa, & ibi Bartolus, ff. de numeris, & honoris, c. grave, & ibi Glossa, verbo veritas, de probandis, Vultejus volum. 1. consil. 15. ideo pro ratione dubitandi adversus hanc conclusionem ita argumentor: si in hoc textu ad secundam electionem Canonici procedere non valent, maxime quia prima cassanda erat, sed prima non poterat irritari: ergo statim sequi poterat secunda electio. Probat minor. Quae nulla sunt ipso jure, non egent cassatione, cum per se non subsistant, regula Non praesert, de reg. juris in 6. sed electio facta post appellationem, aut contra privilegia Ecclesiae, est nulla ipso jure: ergo non eget cassatione. Probat prima pars minoris ex textu in c. bona, & primo, hoc tit. ubi electio facta post appellationem: ipso jure non valet ex eo, quia omnia gesta post appellationem, tamquam attentata, non valent, c. 1. cum vulgar. de appell. igitur electio post appellationem celebrata ipso jure non subsistit. Probat secunda pars propositionis ex eo, nam privilegium est privata lex, c. privilegia, 3. dist. sed quae sunt contra leges, ipso jure nulla sunt, l. non dubium, C. de legib. c. vide, 10. dist. c. qua contra jus, de reg. juris, lib. 6. igitur electio facta contra Ecclesiae privilegia, nulla est ipso jure, & per consequens, si cassatione non indiget, statim procedi poterat ad secundam. Augetur hac consideratio, nam valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, c. inter, de exco. & inter, de causa matrimonii ad causam electionis, c. cum inter canonice, ubi Abbas, hoc tit. sed si quis contracto primo matrimonio nulliter ob impedimentum irritans, adhuc licet pendente, eo non casato, secundum celebret, valide contrahit, non expectata iudicis Ecclesiasticae sententia, c. 2. de matrim. contract. c. veniens 13. c. cum in Apostolica, de sponsal. ergo similiter post electionem primam, sed nullam, quia contra privilegia Ecclesiae, vel post appellationem erat celebrata, adhuc ea non cassata, secunda celebrari valet.

Hac consideratione non obstante, vera est nostra decisio, quae ut ampliori lucis ultra fuerit, sciendum est, quod licet appellatio facta, ne electio celebraretur, ut vaga, nulla sit, c. 1. de postulat. Pral. c. ex ore, verba de hoc, de his, quae sunt a Praelatis, valet tamen ita interposita, ut hoc modo, vel illo canonice fiat, ne talis persona eligatur, & tunc electio, appellatio pendente, ut attentata revocetur, Lancelotus de attentatis l. 2. c. 2. limitat. 26. Salgado de potest. part. 3. cap. D. Gonzalez in Decretal. Tom. I. Pars I.

8. sicut alia omnia post appellationem gesta, cap. 1. ubi dicam, de appellat. Similiter electio revocanda est, si fiat contra privilegia alicui Ecclesiae concessa circa electionem Praelatorum; frequenter enim Ecclesiae habent privilegium, ne ex alia, quam ex ipsa Ecclesia Praelator eligatur, aut similia, c. cum dilectus, de consuetud. c. Abbate, de v. s. tunc enim similia privilegia in electionibus valde attendenda, & custodienda sunt.

Unde prolixius vera decidendi ratio ad nostrum textum; nam licet electio facta post appellationem, & contra privilegia Ecclesiae, sit cassanda, tamen ipso jure non est nulla; unde cum per electionem ipsam sit contractum matrimonium inter ipsum electum, & Ecclesiam, c. cum inter, hoc tit. ideo donec annuletur prima electio, non potest procedi ad secundam, quia sicut in matrimonio carnali non potest dari polygamia, ut unus duabus conjunctus sit; ita nec in spirituali potest quis duabus Ecclesiis, ut sponsus praesert. Recte ergo deciditur in nostro textu, ad electionem secundam non esse procedendum, donec casetur prima facta post appellationem interpositam, & contra privilegia Ecclesiae. Sed cum in his electionibus electi exclusi non fiat, tam a prima, quam a secunda electione, propter vitium, aut defectum eorum, sed tantum propter appellationem, aut formam non servatam in secunda electione, ideo electi fama non minuitur, aut fugilatur, sed illibata permanet, & sic potest in alia Ecclesia, vel in ipsa, ut Praelatus praefici, ut ex nostris textus finalibus verbis constat; licet aliqui ex antiquioribus aut sint contrarium defendere. Si tamen non de electione, sed de beneficio inter duos lis disceptetur, uno defuncto alter subrogatur in jure utriusque, ex regula de colligantibus, quam exponunt Lotter. l. 2. de re benef. cap. 20. Barb. tom. 6. in cap. 1. ut lra. pend.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam licet attentatum post appellationem sit ipso jure nullum, ex vulgaris principii; hoc tamen procedit in appellatione judiciali, non vero extrajudiciali, quia tunc potest eam factum non est invalidum ipso jure, sed tantum revocari poterit per viam attentati: Barrius, Hostiensis, & Zabarella in praesenti. Discriminis ratio in eo consistit, nam per appellationem judicalem suspenditur potestas iudicis: sed per appellationem extrajudicalem non suspenditur potestas, & sic postea gesta non sunt ipso jure nulla. Sunt tamen casus, in quibus appellatio extrajudicialis etiam inducit attentata ipso jure nulla, ut quando gesta post appellationem extrajudicalem, non solum peraguntur post appellationem, sed etiam contra ipsam; tunc enim etiam appellatio fit extrajudicialis, inducit attentata, c. cum nobis, hoc tit. ubi Abbas n. 7. Lancel. 2. p. de attentatis, c. 12. limit. 3. Valenzuela consil. 76. n. 25. Quando autem fiat aliquid contra appellationem, exponit Barbosa voto 39. nu. 69. Vel si appelletur ab electionibus Cathedralium, vel Regularium Ecclesiarum, cum exprimitur causa, quae verificata iudicatur legitima, c. quoniam 10. c. si postquam 13. de prob. l. 6. Lancelot. d. c. 12. limit. 1. Talem si appellacionis causa probata sit coram superiore; tunc enim licet sit extrajudicialis, inducit attentata ipso jure. Glossa d. voto 39. n. 1. sed cum nullus ex his casibus in hoc textu praesensisset, ideo appellatio extrajudicialis non inducit attentata, quae ipso jure nulla sit. Nec argumentum primum hujus

5 Ratio decidendi.

6 Dissolutio ratio dubitandi.

K 3 diffi.

Adver.